



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 20. Occupantes bona, aut terras Ecclesiae Romanae & illius
iurisdictionem vsurpantes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

Non incurrunt, quando in
 ciuilibus se interponerent .
 quia Bulla loquitur tantum
 in criminalibus . Vnde , si
 Iudex laicus iubeat , Clericū
 debitorem fugientem capi . vel
 si in fragranti crimine inue-
 nitur , detineretur ab eius sa-
 tellitibus ad sistendum eum
 suo Prelato , non incurreret
 hanc censuram . Nec , qui
 procederet contra Clericum
 in minoribus , qui dimisso ha-
 bitu , deliquisset enormiter .

Caueant tamen Iudices se-
 culares ab excommunicatio-
 ne , quæ supra fertur contra
 eos qui trahunt ad suum tri-
 bunal Ecclesiasticas personas
 præter casus à iure concessos .

§. 20.

Occupantes bona , aut terras
 Ecclesie Romanae & illius iu-
 risdictionem vsurpantes .

Item

IN COENA DOM. 423

Item excommunicamus, & anathematizamus oēs illos, qui per se, seu alios directè, vel indirectè sub quocunq; titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, ac detinere præsumperint in totum, vel in partem Almam Urbem, Regnū Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicae, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venusinum, Sabinensem, Marchiae Anconitanæ, Massæ Træbariæ, Romandiola, Campania, & maritimas Provincias, illarumque Terras, & Loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Ciuitatesq; nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneuentum, Perusiū, Auinionem, Ciuitatem castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Ciuitates, Terras, & Loca vel iura ad ipsam Romanā

Ec-

Ecclesiam pertinentia, dictæ-
que Romanæ Ecclesiæ media-
tè, vel immediatè subiecta, su-
premam iurisdictionem in il-
lis, Nobis, & eidem Romanæ
Ecclesiæ competentem de fa-
cto usurpare, perturbare, reti-
nere, & vexare varijs modis
præsument, necnon adhæren-
tes, fautores, defensores eorū
seu illis auxilium, consilium,
vel fauorem quomodolibet præ-
stantes.

Mediatè, vel immediatè.
*Illæ loca dicuntur immediatè
subiecta Eccl. Romanæ in
quibus Rom. Pontifex imme-
diatè Iudices, ac Magistra-
tus constituit, ut ibidem ius
dicant. Mediatè verò sunt il-
la, que non immediatè regū-
tur, ac iudicantur à prædictis
Magistratibus, sed à Iudi-
cibus, qui ad ea destinantur
à Ciuitatibus immediatè su-
biectis*

biectis ipsi Romani Pontifici.
 Intelligunt et alij terras me-
 diatè Romanæ Ecclesiæ subie-
 ctas, quæ iure feudi alijs
 Principibus subduntur, &
 ab ipsis reguntur, ut sunt Vr-
 binum, Parma, & similes.

Cæterû à præsentibus &c.
 Nec Collegium Cardinalium
 nec Concilium Generale pos-
 set absoluerè ab his censuris,
 cum neutrum horum sit Ro-
 manus Pontifex: & sic sine
 speciali facultate, ab eodem
 Romano Pontifice obtenta, nõ
 possent absoluerè.

Nisi in mortis articulo. Et-
 tiam in mortis periculo.

*Absolutio soli Pont. reserua-
 tur.*

Volentes præsentis nostros
 processus, ac omnia; & quæcû-
 que his literis cõtenta, quous-
 que alij huiusmodi processus

à No-

418 BULLA
ad Nobis, aut Romano Pontifi-
ce pro tempore existente fiat
aut publicentur, durare, suos-
que effectus omnino sortiri.

Volentes presentes nostros
&c. Per qua verba satis li-
quet, censuras istas cum Au-
ctore non expirare, & idem
perpetuas esse: donec ab Au-
ctore eodem, vel ab alio suc-
cessore reuocentur, Per qua
verba determinata relinqui-
tur quaestio illa, An scilicet,
excommunicationes in hac
Bulla posita, à iure, vel ab ho-
mine censenda sint. Nam si
ab homine simpliciter essent,
utique, auctore expirato, &
ipse expiraret. At qui a perpe-
tuas sunt, donec reuocantur.
à iure, esse, fateri debemus.

Absoluerunt praesentes ex-
communicantur.

Cæterum

IN COENA D OM. 429

Cæterum à prædictis sententijs nullus per alium, quã per Romanum, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiã tũc, nisi de stãdo Ecclesiæ mãdatis, & satisfaciendo, cautione præstita, absolui possit, etiã prætextu quarumuis facultatum, & indultorum, quibuscũque personis Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiã Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis ipsisq; Ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalib. & locis, etiã Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per Nos & dictam Sedem, ac eũ iussis Concilij decreta, verbo litteris, aut alia quacunque scriptura, in genere, & in specie,

430 **B V L L A**
specie, concessorum & inno-
uatorum, ac concedendorum,
& innouandorum.

Quòd si fortè aliqui contra
tenorem præsentium talibus,
excommunicatione, & anathe-
mate laqueatis, vel eorum ali-
cui absolutionis beneficium
impèdere de facto præsumpse-
rint, eos excommunicationis
sententia innodamus, grauius
contra eos spiritualiter, & tē-
poraliter, prout expedire no-
uerimus, processuri.

*Papa absolutio non compre-
hendit eos, qui à præmis-
sis destiterint.*

Declarantes, ac protestan-
tes quamcunque absolutio-
nem, etiam solemniter per
nos faciendam, prædictos ex-
communicatos sub præsentibus
comprehensos, nisi prius
à præmissis, cum vero propo-
sito

IN COENA DOM. 431

fito vlt erius similia non com-
mittēdi, destiterint; Ac quoq.
eos, qui contra Ecclesiasti-
cam libertatem, vt pramitti-
tur, statuta fecerint, nisi prius
statuta, ordinationes, consti-
tutiones, pragmaticas, & de-
creta huiusmodi, publicè re-
uocauerint, & ex Archiujs;
seu capitularibus locis, aut li-
bris, in quibus annotata repe-
riuntur, deleri, & castari, ac
Nos de reuocatione huiusmo-
di certiores fecerint, eos non
comprehendere, nec eis ali-
ter suffragari, quin etiam per
huiusmodi absolutionum, aut
quoscunq; alios actus contra-
rios, tacitos, vel expressos, ac
etiam per patientiam, & tole-
rantiam nostram, vel successo-
rum nostrorum, quantocunq;
tempore continuatam, in pre-
missis omnibus, & singulis, ac
quibuscunq; iuribus Sedis
Apostolicæ, ac S. R. E. vnde-

cun-

cunque, & quodocunq. que-
rendis, nullatenus præiudi-
cari posse aut debere.

Non obstantibus priuile-
gijs, indulgentijs, indultis, &
litteris Apostolicis generali-
bus, & specialibus, supra-
dictis, vel eorum alicui, seu
aliquibus alijs cuiuscunque
ordinis, status, vel conditio-
nis, dignitatis, & præminen-
tiæ fuerint, etiamsi, vt præ-
mittitur Pontificali, Imperia-
li, Regali, seu quauis Eccle-
siastica, & mundana præful-
geant dignitate, vel eorum
Regnis, Prouincijs, Ciuitatib.
seu Locis à prædicta Sede, ex
quauis causa, etiam per viam
contractus, aut remunera-
tionis, & sub quauis alia for-
ma, & tenore, ac cum qui-
busuis clausulis, etiam déro-
gatorijs derogatorijs cō-
cessis, etiam continentibus,
quod excommunicari, ana-

the-

thematizari, vel interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegijs indulgentijs, & indultis huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus, eorum, mentionē, necnon consuetudinibus, etiā immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcunq; longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias quominus includantur, in eis se iuuare valeant, vel tueri.

Quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæterisq; contrarijs

T qui-

quibuscunque.

Vt verò præsentis nostri
Processus ad publicam om-
nium notitiam facilius dedu-
cantur; chartas, seu membra-
nas Processus ipsos continen-
tes valuis Ecclesiæ Sancti Io-
annis Lateranensis, & Basilicę
Principis Apostolorum de Vr-
be appendi facimus. Ut ij,
quos, processus huiusmodi
concernunt, quò ad ipsos nõ
peruenerint, aut quò ipsos
ignorauerint, nullam possint
excusationem prætere aut
ignorantiam allegare, cum
non sit verisimile, si remanere
incognitum, quod tam paten-
ter omnibus publicatur. Insu-
per, vt processus ipsi & præse-
tes literæ, ac omnia, & singu-
la in eis contenta eò fiant no-
tiora, quò in plerisque Ciui-
tatibus & locis fuerint publi-
cata: Vniuersis, & singulis Pa-
triarchis, Primatibus, Archie-
pis.

IN C OENA DOM. 435
piscopis, Episcopis, & locorū
Ordinarijs, & Prælatiſ ubili-
bet conſtitutiſ, per hæc ſcri-
pta committimus, & in virtu-
te ſanctæ obedienciæ diſtrictè
præcipiendo mandamus, vt
per ſe, vel alium, ſeu alioſ, præ-
ſentèſ litteraſ, poſtquam eaſ
recepèrint, ſeu earum habue-
rint notiſiam, ſemel in anno,
aut ſi expedire viderint, e-
tiam plurièſ in Eccleſijs ſuiſ,
dum in eiſ maior populi mul-
tudo ad diuina conuene-
rit, ſolemniter publicent,
& ad Chriſtifiſdelium menteſ-
reducant, nunciènt, & decla-
rent.

*Quicumque audiunt confeſ-
ſioneſ, apud ſe haſ litteraſ
habeant.*

Cæterum Patriarchæ, Ar-
chiepiſcopi, Epicoſpi, alijsque
locorum Ordinarij, & Eccle-
ſiarum

fiarum Prælati, necnon Rectores, cæteri; curam animarū exercentes, ac presbyteri seculares & quorumuis ordinū regulares ad audiendas peccatorum confessiones, quavis auctoritate deputati, transumptum præsentium literarum penes se habeant, easq; diligenter legere, & percipere studeant. Volentes earumdem præsentium transumptis, etiā impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo iudicis ordinarij Romanæ Curie vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fidem in iudicio, & extra illud, ubiq; locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti,

IN COENA DOM. 437

cti, innouationis, declaratio-
nis; protestationis, sublatio-
nis, commissionis, mandati, &
voluntatis infringere, vel ei
ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attētare prę-
sumserit, indignationē Om-
nipotentis Dei, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum
eius, se nouerit incurfurū. Da-
tum Romæ apud Sanctum Pe-
trum Anno Incarnationis Dō-
minicæ Millesimo sexcentesi-
mo vigesimo primo, Sexto
Idus Aprilis, Pontificatus no-
stri Anno Primo.